166

Casimirus Dei Gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lithvaniæ Russiæ Prussiæ &c Dominus et hæres.

Significamus tenore præsentium quibus expedit universis, quia generosos, Nobiles ac famosos Jacobum Tomassewski Mathiam Zamoyski et Nicolaum Streykowski Rotmaistros, cum ipsorum Comitiva ac Societate ad quartale anni in Stipendiarios et Servitores nostros suscepimus per præsentes, ut super huiusmodi quartale anni, ipsis et eorum cuilibet super quemlibet equum per decem florenus Hungaricales dabimus in effectum, Stamus que illis pro captivitate et damnis, quæ in ipsis servitiis nostris pie et legittime secundum modum servitium perciperint, et hæc ipsis et eorum comitivæ in verbo nostro Regio solvere permittimus et explere, in casu vero quo præmissa non expleremus ex tunc habebunt plenariam et omnimodam facultatem nos admonendi, nec non servitia huiusmodi in nobis more servitium repetendi harum quibus sigillum nostrum est subimpressum testimonio litterarum Datum Cracoviæ Feria tertia in crastino Beatæ Magdalenæ Anno 1471 ad Mandatum Domini Regis.